UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 26. Sacramentorum Virtutes explicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Visual Library

§. 26.

Sacramentorum Virtutes explicat.

Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, Epheſ. 5. v. 32.

COeleſtis fōtis ſunt Sacramenta canales,
a Sanguine quos roſeo, eduxit de corpore Chriſtus.
Quem manibus, latere, ac pedibus profundit abunde
b Sunt cibus hæc animæ, & medicamina certa ſalutis,
Ad Cœlum ducunt, pura ſi mente frequentes,
c Mortem animæ tollunt. Vitiorum gurgite merſæ,
Efficiunt nitidam, puro quaſi flumine lotam
d Sunt Oleum, & Vinum ſanans, queis læſus ab hoſte
Curatur, ne animam, lethalia vulnera perdant,
e Sunt Jordanis aquæ, validæ curare leproſos,
Si ſeſe immergant, ſtudeant & tollere ſordes,

a Ac-

a *S. Auguſtinus in Pſal.* 126. *& tract.* 20. *in Ioan*, b *Ioan* 6. c *ib.* d *Luce* 10. e 4. *Reg.* 5.

a Aenea ſunt Maria, abſtergunt quæ crimina vitæ:
b Naufragus, ut captâ Tabulâ, ſe ſervat in undis,
c Securam reddunt ſic, SACRAMENTA Salutem.
Hinc; ſi Tartareo, fueris ſuperatus ab hoſte,
His armis victum poteris proſternere victor.

a 1. *Paralipp.* 18: b 2. *Corinth.* 5. c *S. Hieronymus in Epiſtolis*.

§. 27.

Superbiam, & cætera vitia capitalia vitanda docet.

Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *Iacobi* 4. *v.* 6.
Sicut in die honeſte ambulemus non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, &c. *Rom.* 13. *v.* 13.

a INvidia, Ebrietas, Detractio, Murmur & Ira
b Luxuries, Faſtus, Luxus, Gula, Rancor & omnis,
c Peccati ſoboles, fugienda eſt, aſpidis inſtar:

a *Gal.* 5. b *Roman.* 14. *Pſal.* 100. c *Ecleſ.* 20.